Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Enoch Hutzing Johannes Stevens

Collegii Biblici Privati Primi Mosaici, Genesin In Aphorismos Redactam Exhibentis

Disputatio Prima : Ex Capite Primo Geneseos

Rostochii: Meder, 1637

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747228620

Band (Druck) Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Verf.: J. Stevens

E. Hutzing.
R. U. theol. 1637. 38.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn747228620/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn747228620/phys_0002
DFG

COLLEGII BIBLICI PRIVATI PRIMI

MOSAICI,

GENESIN IN APHORISMOS REDACTAM EXHIBENTIS,

DISPUTATIO PRIMA
EX CAPITE PRIMO GENESEOS:

Quam

IN SUMMI JEHOVÆ HONOREM,

PRÆSIDE

ENOCHO HUTZINGO SS. TH.
Licentiato & Profeſſore

Defendendam ſuſcipit

JOHANNES Stevens Chilon. Holſatus,
Reſpondens.

Habebitur ad diem 25. Novembris in Collegio Boreali horis pomeridianis,

ROSTOCHII,
Litteris, MICHAELIS MEDERI,
Anno cIɔ. Iɔ c, XXXVII.

48.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn747228620/phys_0003
DFG

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn747228620/phys_0004
DFG

APHORISMUS I.

Diſput. I. Reſp. Johannes Stevens Holſatus.

QUemadmodum Moſes, totius Chori Prophetici Præceptor & Dux, ex Doctoris Spiritus cœleſti ἐλλάμψει prædicere potuit futura: Ita ex ejusdem revelatione conſcribere potuit præterita.

II.

Quamvis Saniores quidam Gentiles ἐκ τοῦ τῆς φύσεως φωτισμοῦ aliqualem Naturalis Theologiæ noticiam hauſerunt, tamen verè loquendo, aut nulla ea eſt, aut imperfecta, aut languida, horrendâ inſuper ἀσεβείᾳ ac Idolomaniâ collutulata: Et ſi quid ſincerius ab illis proditum, non tamen id ex ſola Naturæ luce & Creaturæ libro fluxiſſe, ſed ex Moſis potius noſtri & reliquorum Prophetarum canalibus in impuros ipſorum alveos tralatum eſſe ſtatuimus.

III.

Primus Moſis liber à LXX. Interp. Γένεσις eſt inſcriptus, quia rerum omnium, à Deo Γενεσιάρχῃ καὶ Γενεσιουργῷ Optimo Maximo creatarum, natales complectitur & originem: Hebræis à prima totius libri dictione, pro more conſueto, בראשית dictus.

IV.

Caput Primum pulcherrimam Phyſices Chriſtianæ partem exhibet, Mundi Creati Hiſtoriam, ſex dierum ſpacio peractam: & in ſingulis Summi Δημιουργοῦ operibus Summam Σοφίαν, Δύναμιν καὶ Ἀγαθοσύνην, in perpetuam Creatoris Gratioſiſſimi laudem & gloriam, cum ſingulari ac pia admiratione per partes tanquam in tabella ſpectandam & conſiderandam proponit.

V.

Per רֵאשִׁית intelligitur principium creandi, principium ἔναρ-

χον, principium exiſtentiæ, quando incipit eſſe quod factum eſt, ante quod nihil factum erat; Ἀρχὴ, *inquam,* τȣ̃ κόσμȣ ϗ τȣ̃ χρόνȣ: *Atq; ita Mundum habere principium, & ſic non eſſe æternum, ut Philoſophi quidam exiſtimarunt, ex v. 1.* διαῤῥήδην *liquet.*

VI.

In Quæſtione de Tempore Mundi conditi, an Vernum an Autumnale dicendum illud ſit, malumus ἐπέχειν, *quàm certi aliquid temerè* ἄπρ χαφῆς *definire: Exercitij tamen gratia videbimus, an robur ſubſit ſententiæ Sethi Calviſij, quam in Operis Chronologici frontiſpicio his exponit verbis: Sacroſancta divina Majeſtas, manifeſtavit ſe generi humano & omnibus aliis creaturis, opere creationis Cœli & Terræ & omnium rerum, quæ in iisdem continentur, fecit initium operationis ſuæ, poſt Sabbathum illud infinitum, & per æternitatem celebratum, Anno* Γεωργίας *primo, die primo hebdomadis ſive feria primâ, quæ incidit in ipſum Æquinoctium Autumnale, & in ipſam conjunctionem Solis & Lunæ; die viceſimoſeptimo menſis Octobris, ad Calendarium Julianum, incipiente veſperâ præcedente &c.*

VII.

Cum ex proprietate linguæ Sanctæ Nomina Appellativa, dominium notantia, Numero Plurali pro ſingulari efferantur, quæritur an huic Hebræorum Idiotiſmo immiſcendum quoq; ſit plurale אלהים *quo tricies his in primo hoc Capite utitur Moſes? Nos conſtanter negamus. Nam 1. Nomen* אלהים *non eſt nomen Appellativum, ſed proprium; cum* אֱלֹהַּ *cujus plurale eſt* אלהים *primitiva vox ſit, Deum verum deſignans. 2. Licet Deus ſit Dominus,* κύριος κυρίων *Apocal. 19. 16. Dominium tamen voce Elohim* formaliter & per ſe *non exprimitur, utpote, cujus Radici jam inuſitatæ* אָלַהּ *notio* adorandi *recte aſſignatur, idq; ex Arabiſmo, in quo* אָלַהּ *adorare ſignificat.*

VIII. No-

VIII.

Nomen אלהים, *licet extra Deum vel propter* χέσιν, *quam ad unicum verum Deum habet*, Judicibus, Angelis; *vel* δοξαστικῶς Idolis *in Syſtemate Biblico* ἀκύρως *tributum legatur*, propriiſſimè *tamen* unum eſt ex Dei Nominibus, *quod non quidem determinatè Sacroſanctam Trinitatem, ſed Myſterium tamen Pluralitatis Hypoſtaſεων in unâ divina Eſſentia, proximâ ſuâ* σημασίᾳ *hoc loco innuere ſtatuimus: Hac addita cautelâ; Non in ſolo* Numero *nec in nuda* Conſtructione *nos ſubſiſtere, ſed ſimul ad* ſenſum *Hiſtorici noſtri* Moſis, *& ad* explicationem *mox* ſubſequentem, *& ad* alia *Codicis* Θεοπνεύςυ martyremata Creatorē Elohim deſcribentia, *in Adorando ut Unitatis Eſſentiæ ex* ברא *deductæ, ita pluralitatis & Trinitatis Perſonarum Divinarum Myſterio (cujus γνῶσιν Moſes nobis in hoc Capite ſuaviſſimam exhibet) piis oculis reſpicere debere.*

IX.

Creationem in Moſis ἑξαημέρῳ *intelligimus & illam, quæ ex nihilo fit reſpectu Formæ & Materiæ, & eam quæ aliqualem quidem materiam præſupponit, ſed materiam non ab æterno neq;* per ſe *præexiſtentem, & ratione primæ productionis, ratione producti, ratione formæ rei ferè nullam; Ideoq; hanc* ἔμμεσον *non minus quàm illam* ἄμεσον *Creationem* ἐξ ὐκ ὄντων *rectè & ſobriè dici judicamus: Quam utpote* Opus potentiæ Infinitæ *verè ac merè divinum perpetua Scripturæ Sacræ ſententia & Patri & Filio & Spiritui Sancto* ἴσως *adſcribit.*

X.

Voce שמים *Spiritus Angelicos & Cœlum tertium, (2. Cor. 12. 2.)* οἰκίαν τῦ πατρὸς *(Johan. 14. 2.) venire, ſolidè probare non poteſt Johannes Piſcator, licet in Theſibus ſuis Exegeticis in 5. Capita prima Geneſeos id aſſerat.*

XI.

Abyſſus tenebricoſa v. 2. eſt immenſa vis aquarum, ſub quâ Terra ipſa ἀκατασκεύαςος adhuc & rudis concludebatur & latebat: Quæ quia vadum habuit inperveſtigabile & propter immenſam profunditatem fundo q. carens ἄβυσσος dicta, Hebr. תְּהוֹם *à ſtrepitu & tumultu.*

XII.

רוּחַ אֱלֹהִים *eſt ipſe Sanctus Dei Spiritus proprius, Tertia à Patre & Filio procedens in Divinitate Perſona: Qui Spiritus ipſius Dei κατ' ἐξοχὴν ſic dictus, (τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον Actor. 28. 25. Hebr. 3. 7.) fuit* מְרַחֶפֶת *ſuper aquis, quas vi ſuâ fabricatoria & effectoria omnipotens ille cum Patre & Filio δημιουργὸς,* Spiritus Miſericordiarum *ſeu* Gratiæ *(ut habet Thargum Hieroſolymitanum)* movit, fovit *& ad Creaturarum productionem idoneas reddidit ex flagrantiſſimo erga genus humanum miſericordiæ & Gratiæ Affectu.*

XIII.

Verbum Dei *in Creatione Rerum non ſolùm προφορικὸν & προστακτικὸν, ſed πρώτως intellige ὑποστατικὸν, ipſum Dei Filium, λόγον ἀίδιον πατρὸς ἀίδιον Johan. 1. 1. ſeq. Hic Patris eſt ἐξηγητὴς, decretum Patris de creandis reb⁹ ipſo efficaci opere enuncians; ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν ὁ παντοκράτωρ Apoc. 1. 8. δι' οὗ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν Hebr. 1. 2. ἐν ᾧ ἐκτίσθη τὰ πάντα τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα Coloſ 1. 16. Vidit hoc Paraphraſtes Chaldæus, qui verbum* אָמַר *quod Cap. 1. Geneſ. uſurpat, Geneſ. 3. 8. in Nomen convertit, vocatq;* מֵימְרָא דַיְיָ. *Videatur D. Michaelis Waltheri Officina Biblica §. 311. ubi inter alia hæc habet: Chaldæi per ſuum* מֵימְרָא *plerunq; reddunt dicta, in quibus memoratur Nomen, Cor, Anima Dei, & per id intelligunt non ſolùm λόγον προφορικὸν, ſed & ὑποστατικὸν perſonamq; verè ſubſiſtentem & ab aliâ diſtinctam.*

XIV. Per

XIV.

Per lucem Primigeniam intelligimus molem quandam lucidam ab ortu in occaſum motam, quæ fecit aliquod diſcrimen diei & noctis, fuitq; materia quædam, ex quâ die quarta Sol, Luna & reliquæ Stellæ addito Lucis perfectiori augmento & incremento per condenſationem ac expolitionem productæ fuerunt.

XV.

Firmamentum v.6 & 8. ſimpliciter accipimus univerſum Corporum cœleſtium, omniumq; Sphærarum Syſtema & globum, cui die quarto luminariũ magnorum reliquarumq; lampadum ornatus acceſſit: רָקִיעַ *in Fonte dicitur, i.e. expanſio, extenſio, nimirũ Sphærica, diſtenſio, diffuſio, diductio, velut telæ, aulæa, cortinæ, tentoria in caſtris, & tabernacula extenduntur, vel ut lamina malleo extenuatur ac diducitur; Ita nimirum Deus diduxit & expandit materiam iſtam, quâ tota mundi machina circumdata ambiretur: LXX. Interp.* στερέωμα *nominant, q.d. firmum interſtitium, quod aquarum diſterminatione Creator poſuit intermedium ut aquas ſuperiores tùm ſuſtineret, tùm ab inferioribus diſcerneret.*

(Quia Firmamentum in medio aquarum factum dicitur, colligunt Hebræi, annotante Paulo Fagio, tantam eſſe diſtantiam aquarum ſupercœleſtium à firmamento, quanta eſt terreſtrium aquarum ad firmamentum: quod pro magno miraculo ducunt, quod ita virtute divina pendulæ ſunt.)

XVI.

Uſum Siderum agnoſcimus, Aſtrologiæ tamen judiciariæ abuſum improbamus & in v. 14. nullum habere fundamentum aſſerimus.

XVII.

Piſces & volucres ex eadem materia eſſe, nimirum ex aquâ, colligimus ex v.20. & cum D. Chemnitio pro ſtupendo miraculo productionem hanc habemus, quia inter aquatilia & volatilia tàm immenſa eſt differentia, ita ut piſces in aëre extinguantur, aves in aquis ſuffocentur.

צֶלֶם & דְמוּת *v.26. non agnoſcunt Bellarmini diſtinctionem, ſed* imaginem valdè ſimilem *ſignificant. Confer Sap. 2.23.* ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον εἰκόνα τῆς ἰδίας ἰδιότητος ἐποίησεν. *Lutherus Germanorum Hieronymus:* Zum Bilde / daß er gleich ſein ſoll / wie er iſt.

Ad

Humaniſſimum & Doctiſſimum Dn. Reſpondentem

JOHANNEM Stevens/ Chilonienſem Holſatum Amicum meum oculitùs dilectum

Pium προςφώνημα.

F*Ilius Amrami* Vates Syſtemata Mundi,
Artificis Summi digitis perfecta JEHOVÆ,
Gratis contemplanda *oculis* proponit, & omnes
Invitatq; animatq; pios, ut Myſtica FLATUS
Dogmata, quæ pandit, noctesq; diesq; revolvant.
Holſatæ Gentis Flos pulcher, docte Johannes,
Te Sacrum exſtimulat Numen, te mente tueri
Divinæ bona texta Manus, Terramq; Polumq;,
Ornatum κόσμου varium, jubet, *omine fauſto.*
Utq; alijs ſimilem Vivæ Pietatis amorem
Exemplo inculces, conſcendis pulpita, *Moſis*
Defenſor contra divinis Nominis Hoſtes.
Perge ita, perge diu, *gemmat tibi Sacra Corolla:*
Theiologis, ut gemmet, vox eſt omnibus una.

ENOCH HUTZINGUS,
SS. TH. L. & P.

F I N I S.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn747228620/phys_0012
DFG

VIII.

Nomen אלהים, *licet extra Deum vel p* *quam ad unicum verum Deum habet*, Judicibus, *el* δοξασι-κῶς Idolis *in Syſtemate Biblico* ἀκύρως *tri* *r*, pro-priiſſimè *tamen* unum *eſt* ex Dei Nom *d non qui-dem determinatè Sacroſanctam Trinitatem* *m tamen Pluralitatis Hypoſtaſεων in unâ divina Eſ* *nâ ſuâ* ση-μασίᾳ *hoc loco innuere ſtatuimus: Hac ad* *Non in ſo-lo* Numero *nec in nuda* Conſtructione *ſed ſimul ad* ſenſum *Hiſtorici noſtri* Moſis, *& ad* em *mox* ſubſequentem, *& ad* alia *Codicis* Θεοπν *emata*. Creatorē Elohim deſcribentia, *in Ad* *tatis Eſ-ſentiæ ex* ברא *deductæ, ita pluralitatis &* *rſonarum Divinarum Myſterio (cujus* γεῦσιν *Moſes* *pite ſua-viſſimam exhibet) piis oculis reſpicere debe*

IX.

Creationem in Moſis ἑξαημέρῳ *intellig* *, quæ ex nihilo fit reſpectu Formæ & Materiæ, & eam* *m quidem materiam præſupponit, ſed materiam non* per ſe *præexiſtentem, & ratione primæ production* *ducti; ra-tione formæ rei ferè nullam; Ideoq; hanc* ἔ *nus quàm illam* ἄμεσον *Creationem* ἐξ ὀυκ ὄντων *rectè &* *dicamus: Quam utpote* Opus potentiæ Infinitæ *divinum perpetua Scripturæ Sacræ ſententia & Pa* *r Spiritui Sancto* ἴσως *adſcribit.*

X.

Voce שמים *Spiritus Angelicos &* *, (2. Cor. 12. 2.)* οἰκίας τοῦ πατρὸς *(Johan. 14. 2.) veni* *are non poteſt Johannes Piſcator, licet in Theſib* *ticis in 5. Capita prima Geneſeos id aſſerat.*

XI. *Abyſ-*